

Kc
3008

Wd. 24.



Q. D. B. V.
REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
DISPUTATIO SEXTA
DE
TESTAMENTIS

ET
HEREDIBUS INSTITUENDIS,

Ex
Tit. X. & c. usq; ad XIX. inclusive
Lib. II. Instit. Jur.

THESES XXXIIIX. Continens;

^{Quam}
AUTORITATE ET CONSENSU
MAGNIFICI IURATORUM ORDINIS

IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,
PRÆSIDE

DN. MARCO RHODIO, J. U. D.

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.

DOMINO PATRONO, AC PROMOTORE SUO MULTIS NO-
MINIBUS DEVENERANDO,

IN AUDITORIO JURIS-CONSULTORUM

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit


ABRAHAMUS HINS / Regiomont. Prussus,

Ad Diem XVII. Oct. An. MDCLXXXIV. horis antemerid.

Francofurti ad Oderam, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

REPETITIONUM COLLEGII
AD FACULTATEM THEOLOGICAM
DISPUTATIO SEXTA
DE
TESTAMENTIS
ET
HEREDIBUS INSTITUENDIS
EX
ART. X. C. MAG. AD X. V. INSTITUTOS
LUDW. WILHELM. J. B.
THEOL. XX. VII. CONDITUS
AUTORITATE ET CONSENSU
MAGNIFICI CANTONUM ORDINIS
IN HELVETIA SVISSE
PRESIDIS
DR. MARCO RHODIO IUD.
COD. JUSTIN. PROFS. THEOL. ORDIN.
DOMINO PATRONO, AC PROMOTORI SVO MAG. LUDW.
WILHELM. J. B. CONDITUS
IN REPTITIONUM COLLEGIO
LUDW. WILHELM. J. B. CONDITUS
ABRAHAMUS J. B. CONDITUS
M. DCC. LXXV. A. REPTITIONUM COLLEGIO
CONDITUS A. CONDITUS





Q. D. B. V.

De

TESTAMENTIS & HEREDIBUS IN-
STITUENDIS.

Ingressus.

Modi acquirendi, five Gentium five Civilis Juris, ab Imperatore Justiniano in primis Legum ipsius cunabulis expositi principio, qui sunt rerum singularum. Hinc sequuntur, quibus integra universitas nostra evadit, potissimum ex Romani Juris singulari dispositione, Dispositione v. g. ultimarum voluntatum, quæ summi favoris ubique sunt, & successione legitimâ, aliâ ab intestato dictâ. Illa verò præcedit adeò, ut, quoad ejus modò spes aliqua superest, hujus ratio nulla habeatur. De *Testamentis* igitur & *Heredibus instituendis*, five primi, five secundi, vel ulterioris ordinis sint, non inscitè primò loco agitur, ubi modus acquirendi per universitatem sacratissimus Imperator persequi occipit. Atq; hæc Juris nobilissima pars, ut per *Tit. 10. Sc. usq. ad 19. inclusive Lib. 2. Instit. Imperialium* dispersa: ita à me, quoad præcipua ejus controversiarum capita, publicatis hic *sequentibus Thesibus*, quò potuit fieri compendio,

A 2

Eru-

Eruditorum censuræ modestè submissa. Ex quo conarū nullam quidem gloriam, ut quā is indignus: sed hoc unum, ne ab Academico ejusmodi exercitio, pro Collegii nostri privati, cui eā fini nomen dedi, instituto, penitus alienus esse videar, exspecto.

THESIS I.

Testamentum est Voluntatis nostræ iusta sententia, de omni eo, quod quis post mortem suam fieri velit.

L. 1. ff. qui testament. fac. poss. Struv. Exercit. 52. tb. 4. Strauch. Dissert. 9. tb. 4. Schneidev. ad f. de Testam. ord. Harprecht ad Instit. h. t. Sinold. Schütz Disp. 8. tb. 2. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 10. tb. 1. Lit. B.

II.

Idem est juris Gentium; at formā, quā hodie utimur, juris Civilis.

§. 1. 2. 3. & 4. f. de Test. ord. Ungepaur. Exerc. 8. qu. 1. pr. vers. quos autem. Instit. de bon. poss. Strauch. Dissert. 9. tb. 4. Struv. Exercit. 52. n. 3. L. 1. C. de SS. Eccl. L. 13. C. de Testam. Wissenb. ad Instit. Disp. 17. tb. 6. Vinnius ad Instit. h. t. n. 3. Magnif. D. Stryk. in annotat. ad Instit. §. 1. h. t.

III.

Abrogato triplici Testamentorum genere, sc. 1. calatis comitiis, 2. procinctum quod dicebatur, ac 3. per æs & libram; Testamentum est vel publicum, vel privatum, hocq; vel solenne, vel minùs solenne.

dd. §. 5. Strauch Dissert. 9. tb. 5. Ludv. vel Disp. 7. tb. 3. Jus Prut. lib. 5. tit. 1. art. 1. & 2. Eckolt. ad L. 1. ff. qui test. fac. possunt.

IV. Illud

IV.

Illud quoniam uno eodemque tempore ac uno contextu fieri debet, vitiatur, si actus alienus, qui ad testamentum nihil pertinet, intermiscetur, nisi fortè respiciatur naturæ necessitatem, v. g. si potio testatori offerenda, vel medicamentum ad curam corporis adhibendum.

§. 3. J. eod. Wissenb. d. l. th. 10. 11. Eckolt. ad L. 1. ff. h. t. L. 21. §. 2. ff. h. t. L. 21. & 28. C. eod. Fachin. §. Contr. 32. Harprecht ad h. t. Arum. Exerc. 7. th. 18. L. Qui testamento. 20. §. & veteres. 8. L. beredes palam. 21. §. ult. h. t. L. cum antiquitas. 28. C. eod. L. hac consultis. §. ma. 21. C. eod. Jus Prut. lib. 5. Tit. 1. art. 2. Mynsinger. ad J. h. t. §. 3. n. 3.

V.

Septem omninò testes specialiter rogati in testamento solenni sunt adhibendi.

§. 3. Inst. de Testam. Ord. l. cum antiquitas 28. §. cum autem. 1. l. 30. C. de Testam. Auth Rogati. C. de Testibus L. 21. §. pen. ff. h. tit. R. J. de Ao. 1512. Tit. von Testamenten §. und sollen & c. Jus Prut. dict. l. Mynsinger. h. t. §. sed cum paulatim. n. 5. Ungep. ad l. Exerc. 8. qu. 2.

VI.

Testes & animo & corpore præsentés testamentum subscribere & signare debent; hinc si quis ex testibus nec ipse, nec per alium testem nomen suum subscripserit, verùm signaverit, idem est, ac si adhibitus non esset.

§ 3. l. b. t. l. 21. l. 30. C. de Testam. Vinnius ad §. 3. f. b. t. Jus Prut.
d. l. §. 5. Mynsinger. d. l. Conf. Manz. quest. Palatinar. 32. num. 4. &
seqq.

VII.

Quemadmodum foeminae ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotae sunt: ita nec in Testamento solennitester esse possunt. Quamvis si testimonii dictio sit veritatis, non verò solennitatis, earum testimonium admittatur.

§. 6. l. b. t. l. 20. § mulier. ff. eod. l. 18. ff. de Testib. Vid. Ord. l. 2. Von Unterricht der Notarien. §. die Notarii. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 10. th. 4. lit. F.

VIII.

Nihil hodie interest, sive annulo, sive alio signo testis signaverit, dum modò illud adhibuerit signum, quo plurimùm utitur.

Magnif. D. Stryk, in annot. ad §. 5. l. b. t. Harpr. ad l. t. Arum. Exerc. 7. th. 27. Ungep. Exerc. 8. quest. 3. Mynsing. ad §. possunt. 5. n. 3. f. b. t. Dn. Brunn. Exerc. 10. ad b. §. Vid. Ordin. Notar. de Ao. 1512. ib: mit ihren gewöhnlichen Signeten.

IX.

Testamentum à Parentibus inter liberos ex justo matrimonio procreatos factum, licet imperfectum sit ratione solennitatis publicae, valet nihilominus, modò perfectum sit ratione voluntatis.

L. 16.

*L. 16. l. fin. C. famil. hercise. l. 21. §. 1. & Auth. Quod sine. C. de Testament. Gail. 2. obs. 112. n. 2. & 8. Nov. 107. cap. 1. Fachin. 4. Con-
270 v. 1.*

X.

Juri ac æquitati maximè consentaneum est, ut is, qui pro Republ. duritiem sustinet, præ aliis, privilegiis gaudeat; Hinc non solum de Jure Civ., verum etiam hodiernis Constitutionibus milites, qui in conflictu sunt, quocunque modo ipsis placuerit, testari possunt, & si vel in Clypeò vel vaginà sanguine rutilantibus literis, vel etiam in pulvere ultimam voluntatem scripserint, nihilominus valet, dummodo de voluntate ipsorum constet.

Pr. J. de milit. Test. l. 1. ff. l. 15. C. b. r. Const. Maxim. I. Zum Urtrecht der Notarien/Rubr. von Testamenten §. und sollen. Berens Disput. 6. th. 2. quest. 2. & 3. Struv. ad ff. Exercit. 34. th. 4. Schneidev. b. 2. n. 8. Gail. 2. obs. 118. Arum. Exerc. 7. th. 8.

XI.

Isti verò milites, qui in conflictu, aut in expeditione non sunt, sed in hybernis constituti, privilegio testandi militari non gaudent; Aliter tamen se res habet, si hostis sit in propinquo, & illi quovis momento ad pugnam parati esse debeant.

Pr. ibi: Illis autem temporibus l. de milit. Test. l. pen. C. b. rit.

R. 7.

R. J. f. c. 5. und soll. verb. Jedoch die Ritter. &c. Carpz. P. 3. C. 4. def. 28.
Finckelth. obs. 46.

XII.

Filius familiâs adhuc in sacris Paren-
tum constitutus nec Patre consentiente
testari potest; ultima enim voluntas nec de-
bet pendere ex alieno arbitrio: si verò fi-
lius bona castrensia vel quasi castrensia ha-
beat, de iis testari potest, non verò de ad-
ventitiis.

*Pr. I. quibus non est perm. fac. test. Vinnius in Comment. ad b. t.
l. 32. ff. de hered. inst. l. ult. § 5. C. de bon. que lib. l. pen. C. qui testm. fac.
poss. Brunn. ad l. fin C de bon que lib. n. 20. & seqq. Jus Prut lib. 5. Tit.
2. art. 1. § 5.*

XIII.

Prodigus, à Magistratu pro tali decla-
ratus, testari prohibetur; nam furioso æ-
quiparatur, ac furiosum facit rerum sua-
rum exitum: quando autem per testamen-
tum conditionem suam reddit meliorem,
vel etiam posteritati bene prospicit, nil ob-
stat, quin testari possit.

*§. 2. Inst. quib. non est perm. fac. test. l. 12. in f. ff. de Tut. & Curat.
dat. Carpz. Jurispr. for. part. 3. Const. 6. def. 11.*

XIV.

Vasallus de Feudo in Testamento dis-
ponere non potest, ut extraneum, quoad
hoc

hoc heredem instituat; pertinet enim illud ad res alienas, de quibus testari non possumus. Et licet Dominus Feudi in illud Testamentum consenserit, valet hoc quidem, quoad Feudum novum; sed in Feudo antiquo tantum quoad præjudicium Domini: non verò agnatorum, ob jus ex investiturâ quæsitum.

1. *Feud. 8.* Magnif. D. Stryk. in *Exam. Juris Feud. cap. 14. quest. 1.*
& 2. *Struv. in Syntagm. Juris Feud. cap. 9. tb. 1.* Rosenth. *cap. 7. concl. 4. n. 6.* *Jus Prut. lib. 7. Tit. 2. §. 24.* *Bachovius ad Treutl. Vol. 2. Disp. 10. lit. C.*

XV.

Valet tamen etiam Testamentum de Feudo, si & Dominus & agnati consenserint.

Anton. Disp. 5. tb. 3. lit. E. Vult. c. 9. n. 82. Ludvv. p. 181.

XVI.

Pater filium aut expressè heredem instituire, aut nominatim exheredare debet; propterea si in Testamento eum præterierit, inutiliter testabitur.

Pr. Inst. de Exhered. lib. 1. inter cætera. 30. ff. de lib. & posth. l. 26. eod.
Schneidevv. ad Inst. l. 2. Sinold Schütz. ad Libid.

XVII.

Sicut Parentes liberos, ita filii Parentes, quando de peculio castrensi vel quasi castrensi testantur, vel expressè heredes instituire vel exheredare debent.

B

d.pr.

d. pr. Ludvvell. Disput. 8. th. 1. cap. iustum autem perspeximo. 4. Nov. us. Mynsing. ad s. nominatim Inst. de exhered. lib. Schneidevv. ad pr. hujus tit. n. 19.

XVIII.

Cùm hodie nemo, nisi ob ingratitude cum effectu exhæredari possit, nefas est, ut posthumi, in quos nulla ingratitude cadere potest, exheredentur.

Schneidevv. ad s. Posthumi. i. Inst. de exhered. lib. Magnif. D. Stryk. ad f. b. t. Mantica 14. de Conject. ii. n. 13. & seqq. l. 35. s. ult. Cod. de inoff. Testam.

XIX.

Cæcus, si inter liberos testari velit, æquè gaudet privilegio, quod Parentes visu præditi habent, in hoc actu; licet enim hic testamentum subscribere non possit, nuncupativè tamen, testari potest, & quidem tribus testibus adhibitis.

Magnif. D. Stryk. in Tract. de Fure Sensuum Dissertat. 2. c. 3. Ord. Nor. §. Zu eines Blinden. §. Es ist auch nicht allein. verb. Daß es nicht allein in einem Testament eines Blinden / sondern auch in seinem Codicill und andern letzten Willen so solle gehalten werden.

XX.

Testator quidem certam personam in Testamento heredem instituere debet; si verò ignotam instituerit, illud non vitiat, neq; si incertam, dummodò ex eventu certa esse possit.

*§. 12. Inst. de hered. instit. l. 9. 11. C. de hered. inst. Hunn. 2. var. ref.
27. §. 94. 25.*

XXI.

Quia nemo pro parte testatus, pro parte verò intestatus decedere potest, is, qui in re certâ heres est institutus, totam capit hereditatem; heres enim est successor in universum jus.

§. 5. Inst. de hered. instit. l. nihil aliud. 24. ff. de V. S. l. hereditas. 62. ff. de R. J. l. Quoties. 9. §. 4. de hered. instit. Dn. Brunn. ad §. 5. Inst. de hered. instit. Sinold. Schüh. Diss. 9. th. 5. Magnif. D. Stryk. in not. ad d. §. 5. b. t.

XXII.

Ne utile per inutile vitietur, impossibilis conditio testamento adjecta pro non scripta habetur.

§. 10. Inst. de hered. instit. l. 94. de R. J. l. 1. 6. 20. ff. de condit. instit. l. 12. §. 1. ff. de legat. 1. l. 9. ff. de condit. instit.

XXIII.

Sicuti Testator in Testamento heredem instituere potest: ita quoq; ei, si nolit vel non possit hereditatem adire, alium substituere potest; hinc si heres institutus ob delictum aliquod heres esse non possit, Fiscum per substitutum excludit.

§. 1. Inst. de vulg. subst. arg. l. an. §. 13. C. de cad. toll. Auth. Hoc amplius. C. de Fideicom. Strauch. Dissert. 9. th. 16.

XXV.

Exspirat autem vulgaris substitutio, si
B 2 heres

heres primo gradu institutus hereditatem
adierit, vel etiam, si heres substitutus prius
moriatur.

*L. 5. C. de impub. & al. subst. arg. l. un. §. 5. C. de caduc. tollend.
Struv. Jurispr Rom. Germ. For. lib. 2. tit. 19.*

XXV.

Mater, quia liberos in potestate non
habet, nec filio impuberi pupillariter sub-
stituere potest.

*Pr. Inst. de pup. subst. §. femina 10. I. de Adopt. Sinold. & Hüß
Disp. 7. th. 18.*

XXVI.

Ad exemplum pupillaris substitutio-
nis introducta est exemplaris, quam Pa-
rentes faciunt liberis suis, qui propter fu-
rorem, vel alium morbum ingravescen-
tem, testari non possunt.

*Dd. ad §. 1. f. de pup. subst. l. 9. C. de impub. & al. subst. l. 43.
ff. d. vulg. & pup. subst. Schneidew. ad Tit. Inst. de pup. subst. Si-
nold. & Hüß. ibid. Strauch. Diss. 9. th. 29. Struv. Exerc. 33. th. 32.*

XXVII

Sicuti Testamentum aliud ab initio
non valet, uti injustum & illegitimum, ,
quod sc. confectum ab eo, qui non habet
facultatem testandi; vel in quo non om-
nes solennitates adhibitæ, vel etiam li-
beri nec expressè heredes instituti, nec no-
mina-

minatim exheredati, quod etiam ipso jure nullum est: ita aliud ex postfacto infirmatur, vel ipso jure, vel officio Judicis.

Vid. Tit. Inst. quibus mod. Test. infirm. l. 1. ff. de inj. rupt. & irrit. Test. Schneidevv. ad Inst. pr. h. s. Vinnius ibid. Ludvv. Disput. 8. Tb. 7. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 10. Tb. 7. lit. A.

XXVIII.

Ipso Jure Testamentum infirmatur, quod rumpitur agnatione sui heredis, adoptione, vel per posterius Testamentum, tum etiam, si heres hereditatem adire nolit, vel Testator post Testamentum statum suum mutaverit, v. g. servus factus fuerit &c. quo casu Testamentum fit irritum.

S. 1. 2. 3. 4. Inst. quib. mod. Test. infirm. Vinnius, Mynsinger. ad h. r. l. 27. C. de Testam. l. 1. 2. ff. de inj. rupt. & c. l. 8. ff. cod. Giphanius Disput. 18. ad th. 2. 3. 4. & c.

XXIX.

Officio Judicis infirmatur Testamentum, quando liberi injustè exheredati vel præteriti querelam inofficiosi prætendunt.

Pr. Inst. de inoff. testam. Schneidevv. ad pr. hujus tit. Struv. ad ff. Exercit. 10.

XXX.

Querela inofficiosi Testamenti non incongruè dicitur esse Juris Civilis.

Pr. Inst. ibi: inductum est l. de inoff. Test. Ungep. Exercit. 8. quest. II. Hotom. in Disput. de Quartâ Legitim. c. 1. n. 3. & ad pr. Inst. d. t. ibiq. Hortens.

XXXI.

Competit querela inofficiosi Testamenti illis, qui, cum necessariò instituen-
di, vel exheredandi ex justa causa, aut qui-
bus legitima relinquenda fuisset, iniquè
sunt exheredati, vel præteriti, vel quibus
legitima debita non relicta.

*§. 1. 2. Inst. de inoff. Test. Mynsing. ad b. §. Giph. Disp. 18. ad lib. 2.
Iust. Strauch. Diff. 9. th. 29. Struv. Diff. 9. th. 6. Eckolt ad ff. de inoff.
test. §. 4. Brunn ad Wesenb. qu. 3. h. 7.*

XXXII.

Posthumis quia legitima quoq; debe-
tur, hinc & ipsi jure querelam inofficiosi,
si fuerint præteriti, intendere possunt.

*§. 2. Inst. h. t. Mynsing. ad b. §. l. posthumus. 6 ff. de inoff. test. Giph.
ad Vinnius ad §. 2. Inst. d. t.*

XXXIII.

Olim si filio ex quocunq; titulo, vel
donationis, vel legati, vel alio, quid reli-
ctum fuit, non poterat querelam inoffici-
osi intentare; sed tantùm ad supplemen-
tum legitimæ agere. Jure verò novissimò
non sufficit, filium legitimam habere jure
donationis vel legati; sed jure institutionis
omniò eam habere debet.

*§. 3. & ult. Inst. h. t. l. 8. §. 6 & 8 ff. h. t. l. cum queritur. 6. l. omni
modo. 30. C. eod. Nov. 115. Schneid. Vinnius ad §. 3. h. t.*

XXXIV. Te-

XXXIV.

Testamentum inofficiosum quando à
Judice rescinditur, totum secundum Jus
vetus corrui: secundum jus novum verò
tantum ratione institutionis, non autem
legatorum.

*L. 8. 24. ff. de inoff. Test. Nov. 115. c. 3. in fin. Auth. ex causâ. C. de
lib. pret. Jus Prut. lib. 5. Tit. 5. art. 1. §. 9. in fin. Eckolt ad ff. de inoff.
Test. §. 8.*

XXXV.

Cessat verò querela inofficiosi, si aliud
adsit remedium, quò ad hereditatem per-
venire possimus, vel si actio inofficiosi in-
tra quinquennium non intendatur.

§. 2. Inst. h. t. l. 34. C. de inoff. test. l. 16. de minor. Gail. 2. obs. 120.

XXXVI.

Heres extraneus in Testamento institu-
tus triplici tempore hereditaris capax esse
tenetur; videlicet 1. tempore conditi testa-
menti, 2. mortis testatoris, 3. aditæ heredi-
tatis.

*§. 4. Inst. de Hered. qual. & diff. Myns. ad h. §. l. si alienum. 49. §.
ult. in ff. de hered. inst. Schneidevv. ad d. §.*

XXXVII.

Quia sæpè delata hereditas damnosa
esse solebat, hinc Prætores propter grande
æ alienum olim deliberandi jus introdu-
xerunt,

xerunt, ut hâc ratione heres hereditatis vires explorare possit, ne damnosam rerum suarum faceret jacturam; nam si semel hereditatem adiit, omne æs alienum exsolvere tenebatur.

s. 5. Inst. de hered. qual. & diff. ibid. Mynsing. l. 5. ff. de jure delib. Eckolt. ad ff. de jure delib.


XXXVIII.

Hodie jus deliberandi in usu esse desit: in locum autem ejus succedit confectio Inventarii, quæ efficit, ut si beneficio inventarii hereditatem adierit, extra omne periculum sit. Si verò beneficium illud negligat, & sine inventario hereditatem adeat, etiam ultra vires hereditatis tenetur, imò filii legitimam quoq; amittit. Quamvis in Saxonia & passim heres licet inventarium non confecerit, ultra vires hereditatis non teneatur.

L. scimus. 22. C. de jure delib. Mynf. d. l. Schneidevv. ad s. 4. Inst. h. r. Ludvvel. ibid. Eckolt ad ff. de jure delib. Sinold.

Schük. Disp. 10. th. 20. Struv. Exerc.

33. th. 54.





Estamenta quibus rationibus & quibus
Heres

Confiant, Tituli, quos modo carpis, ha-
bent.

Carpis eos, ut Apis molles ex arbore
flores,

Sedulus egregio, quem meditare, scopo.

Dignus laude labor multum Tibi proficit, ut *Heres*

Divitis hinc Gaudens *instituire* Domus.

Ingenii succus, quem prodis, prodit Honores,

Quos olim summos ipsa datura Themis!

Applaudit hisce paucis & gratulatur
sincera mente, Nobiliss. Dn. Re-
spondenti & Auctori Disf. hujus

PRÆSES.

HINZIUS egregio se nomine req; studentem
Comprobat exemplo; Mactus eo, opto,
fiet.

GOTHOFREDUS VALANDUS,

Fac. Phil h. t. Decanus.

Ufus Magister optimus;

P Roverbio ceu dicitur non perperam,
Huic nihil manet injium
Sensimq; mentes edocet, fraus atq; vis
Armata quod non efficit,

Ipsis

Ipsis nec imperat minus Leonibus.
Hinc mentis excolis' quoq;
Vires, *Amice*, gnaviter, feras, precor
Apollinarem Lauream.

*Eruditissimo, Dno. Respondenti, Amico
Perdilecto de elegantissimo specimine
Academico gratulatur*

Anton Daniel **Sonneman**/J. U. D.

Testamentorum quotqvot modo jura tu
eris

Tot mentis testes inde sagacis habes
Nec vitii quid habere, juvat dixisse, laborem
Utpote continuæ sedulitatis opus,
Subscribere VIRI CLARI, signacula posthæc
Addo, nec mixti sanguinis obstat amor.

*Hicse Nobilissimo atq; Doctissimo Dno.
Respondenti Consobrino suo dilectis-
simo affectum suum debite testatur*

GEORGIUS **Fetzell**.



Kc 3008

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

ULB Halle

3


006 374 700



V077

M





Q. D. B. V.
REPETITIONUM COLLEGII
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.
DISPUTATIO SEXTA
DE
TESTAMENTIS
ET
HEREDIBUS INSTITUENDIS,
Ex
Tit. X. & c. usq. ad XIX. inclusive
Lib. II. Instit. Jur.
THESES XXXIIX, Continens;
Quam
AUTORITATE ET CONSENSU
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN ILLUSTRARI HAC UNIVERSITATE VIADRINA,
PRÆSIDE
DN. MARCO RHODIO, J. U. D.
COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.
DOMINO PATRONO, AC PROMOTORE SUO MULTIS NOMINIBUS DEVENERANDO,
IN AUDITORIO JURIS-CONSULTORUM
Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit
ABRAHAMUS HING / Regiomont. Prussus,
Ad Diem XVII. O. S. An. MDCLXXXIV. horis antemerid.
Francofurti ad Oderam, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI.